

Hermann von Micesitz, Dechant der Naumburger Kirche, Richter und Conservator der Rechte der Universität, ertheilt dem Abt Jacob zu St. Martin in Köln den Auftrag, zur Sühnung einiger von den Dienern der Stadt Leipzig an Studenten verübter Gewaltthätigkeiten die nöthigen Schritte zu thun.

Naumburg, 1443 Juli 13. 5

Hdschr.: Or. Perg. Archiv der Universität No. 11 mit dem sehr beschädigten Siegel an Pergamentstreif.

Hermannus de Micesicz decanus ecclesie Nuemburgensis, iudex et conservator iurium, privilegiorum, | libertatum, bonorum et rerum venerabilium virorum dominorum magistrorum, doctorum et scholarium alme universitatis | studii Lipczensis Merseburgensis diocesis, una cum certis suis in hac parte collegis cum clausula: Quatenus vos vel | duo 10 aut unus vestrum per vos vel alium seu alios ꝛ., a sede apostolica specialiter deputatus, reverendo in Christo patri ac domino, domino magistro Iacobo abbati ecclesie sancti Martini Coloniensis, salutem in domino et mandatis nostris huiusmodi ymmo verius apostolicis firmiter obedire ac presentibus fidem indubiam adhibere. Noveritis ex fama veriloqua ad nostras pervenisse aures, qualiter servitores opidi Lipczk ad mandatum 15 magistri civium et consulum ibidem quosdam scolares dicte alme universitatis in plateis in vestitu decenti habitu non mutato et sine armis composite incedentes, graviter tergotinus invaserunt eosdem absque ratione profluendo (*sic*) et in carcerem tenebrosum reducendo atque per noctem et integrum diem naturalem retinendo, quamquam dominus rector dicte alme universitatis Lipczensis per medium famuli iurati dicte universitatis bina vice 20 et ex superhabundanti tertia vice per venerabilem virum magistrum Michaellem Meynel de Zewigkavia per consilium dicte universitatis directum ut scolares sic reclusos libere dimitteret, requisiret. Istis non solum contenti, etiam in die sexta iulii in clara die hora vesperarum vel quasi violenter quendam scolarem et studentem de publico foro ad pretorium tamquam forefactorem deduxerunt eumque ut talem inciparunt in vilipendium 25 privilegiorum dicte alme universitatis Lipczensis. Ne igitur huiusmodi facti temeritas presumptoribus trahatur in exemplum et ut iniuriatorum et molestatorum compescatur temeritas et aliis aditus similia committendi precludatur, vobis domino abbati supradicto de cuius circumspeditione et legalitate fiduciam gerimus specialem, huiusmodi causas iniuriarum ortas et oriendas, presentes et futuras cum omnibus et singulis suis emergenti- 30 bus, incidentibus, dependentibus et connexis et vices nostras in hac parte in genere et specie committimus, mandantes vobis quatenus in causis huiusmodi, prout iustum fuerit, procedatis ad requisitionem dicti domini rectoris seu scholarium quorumcunque dicte alme universitatis studii Lipczensis et iustitiam partibus hincinde ministretis, facientes id quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari, etiam si opus fuerit, ponendo 35 strictissimum interdictum, certificantes vos nihilominus, quod si contingat vos in aliquo premissorum procedere, non intendimus subdelegationem nostram in aliquo revocare, nisi